

55 Citatur mutilatus et hic locus Lucae II.: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis³. Plane surdi sunt

mel über der Erden ist.

Auch ziehen sie an den Spruch Christi: 281 (160) „Bebet Almosen, so wird euch alles rein Luk 11, 41. sein.“ Die Widersacher sein taub und haben

¹) Vgl. S. 213, 19. 294, 41. 685, 5. 21 ff.

³) CR 27, 122.

²) In der Conf. zu Art. XX zit. CR 27, 122.

adversarii. Toties iam dicimus ad praedicationem legis oportere addi evangelium de Christo, propter quem placent bona opera, sed illi ubique excluso Christo docent mereri iustificationem per opera legis. Hic locus integer prolatus ostendit fidem requiri. Christus obiurgat pharisaeos, sentientes se coram Deo mundari, hoc est, iustificari crebris ablutionibus. Sicut papa, nescio quis, de aqua sale conspersa inquit, quod populum sanctificet ac mundet; et glossa ait, quod mundet a venialibus¹. Tales erant et pharisaeorum opiniones, quas reprehendit Christus, et opponit huic fictae purgationi duplicem munditiam, alteram internam, alteram externam. Iubet, ut intus mudentur et addit de munditie externa: Date eleemosynam de eo, quod superest, et sic omnia erunt vobis munda. Adversarii non recte accommodant particulam universalem omnia; Christus enim addit hanc conclusionem utrique membro: Tunc omnia erunt munda, si intus eritis mundi, et foris dederitis eleemosynam. Significat enim, quod externa mundities collocanda sit in operibus a Deo praeceptis, non in traditionibus humanis, ut tunc erant illae ablutiones, et nunc est cotidiana illa aspersio aquae, vestitus monachorum, discrimina ciborum et similes pompae. Sed adversarii corrumpunt sententiam, sophisticè translata particula universali ad unam partem: Omnia erunt munda datis eleemosynis. Atqui Petrus dixit: Fide purificari corda. Sed totus locus inspectus sententiam offert consentientem cum reliqua scriptura, quod si corda sint munda, et deinde foris accedant eleemosynae, hoc est, omnia opera caritatis: ita totos esse mundos, hoc est, non intus solum, sed foris etiam. Deinde cur non tota illa concio coniungitur? Multae sunt partes obiurgationis, quarum aliae de fide, aliae de operibus praecipunt. Nec est candidi lectoris excerpere praecepta operum, omissis locis de fide.

Speis und dergleichen. Die Widersacher aber ziehen dies signum universale, nämlich das Wort alles, sophisticisch allein auf ein Teil und sagen: Alles wird euch rein sein, wenn ihr Almosen gebet &c. Als wenn einer sagt: Andreas ist da, darum sein alle Aposteln da. Darum im antecedent oder vorgehend Stüde dies Spruchs soll beides beinander bleiben: Gläubet und gebet Almosen. Denn darauf gehet die ganze Sendung, das ganze Amt Christi, darum ist er da, daß sie gläuben sollen. Wenn nu beide Stüd zusammen gefasset werden: gläuben und Eleemosynen geben, so folget recht, daß alles rein sei, das Herz durch Gläuben, der äußerlich Wandel durch gute Werk. Also soll man die Predigt ganz fassen, und nicht das eine Stüd umkehren und deuten, daß das Herz von Sunden rein wird

dicke Ohren, darum müssen wir ihnen die Regel oft erholen, daß das Gesetz ohne Christo niemand für Gott fromm mache und daß alle Werk allein um Christus willen angenehm sein. Aber die Widersacher schließen Christum allenthalben aus, tun gleich, als sei Christus nichts, und lehnen unverschämt, daß wir Vergebung der Sunde erlangen durch gute Werke &c. Wenn wir aber den Spruch unzurissen ganz ansehen, so werden wir sehen, daß er auch vom Gläuben mit redet. Christus schilt die Pharisäer, daß sie wollten wähnen, sie würden für Gott heilig und rein durch allerlei baptismata carnis, das ist, durch allerlei leibliche Bade, Waschen und Reinigung am Leibe, an Gefäße, an Kleidern. Wie auch ein Papst in seine Canones gesetzt hat ein nötig päpstlich Stüde vom Weihwasser, daß, wenn es mit geweihtem Salz besprenget wird, so heiligt es und reiniget das Volk von Sunden. Und die Glossa sagt, es reinige von täglichen Sunden. Also hatten die Pharisäer auch Irrtum unter sich, welche Christus strafet und setzt gegen die erdichten Reinigungen zweierlei Reinigkeit, eine innerlich, die ander äußerlich, und vermahnet, daß sie inwendig sollen rein sein; das geschieht, wie Petrus sagt in Geschichten der Aposteln am 15. durch den Gläuben. Und setzt dazu von äußerlicher Reinigkeit: Gebet Almosen von dem, das ihr übrig habt, so wird euch alles rein sein. Die Widersacher führen nicht recht ein das Wort alles. Denn Christus setzt den Beschluß auf beide Stüde, auf die innerliche und äußerliche Reinigkeit, und sagt: „Alles wird euch rein sein.“ Das ist, wenn ihr euch nicht allein leiblich badet, sondern Gott gläubet, und also inwendig rein seid und auswendig Almosen gebet, so wird euch alles rein sein. Und zeigt an, daß auch die rechte äußerliche Reinigkeit stehe in den Werken, welche Gott geboten habe und nicht in menschlichen Satzungen, als da waren die selbigen traditiones pharisaeorum &c. und wie bei unser Zeit ist das Bespritzen und Sprengen des Weihwassers, die schneeweißen Monchskleider, die Unterschied der

¹) Pseudo-Alexander I. Decr. Grat. III. De consecr. d. III. c. 20.

durch unser Eleemosynen. Es sind auch wohl etliche, die da meinen, daß es wider die Pharisäer von Christo ironice oder spöttisch geredt sei, als sollt er sagen: Ja, lieben Junkern, raubet und stehlet und gehet darnach hin, gebet Almosen, so werdet ihr bald rein sein. Daß also Christus etwas herbe und höhnisch ansteche ihre pharisäische Heuchelei. Denn wiewohl sie voll Unglaubens, voll Geiz und alles Argen waren, so hielten sie doch ihre Reinigung, gaben Almosen und meineten, sie wären gar reine zarte Heiligen. Die Auslegung ist dem Text daselbst nicht entgegen.

Postremo hoc monendi sunt lectores, quod adversarii pessime consulunt piis conscientiiis, cum docent per opera mereri remissionem peccatorum, quia conscientia colligens per opera remissionem non potest statuere, quod opus satisfaciat Deo. Ideo semper angitur et subinde alia opera, alios cultus excogitat, donec prorsus desperat. Haec ratio exstat apud Paulum Rom. 4, ubi probat, quod promissio iustitiae non contingat propter opera nostra, quia nunquam possemus statuere, quod haberemus placatum Deum. Lex enim semper accusat. Ita promissio irrita esset et incerta. Ideo concludit, quod promissio illa remissionis peccatorum et iustitiae fide accipiatur, non propter opera. Haec est vera et simplex et germana sententia Pauli, in qua maxima consolatio piis conscientiiis proposita est et illustratur gloria Christi, qui certe ad hoc donatus est nobis, ut per ipsum habeamus gratiam, iustitiam et pacem.

Hactenus recensuimus praecipuos locos, quos adversarii contra nos citant, ut ostendant, quod fides non iustificet et quod mereamur remissionem peccatorum et gratiam per opera nostra. Sed speramus nos piis conscientiiis satis ostendisse, quod hi loci non adversentur nostrae sententiae, quod adversarii male detorqueant scripturas ad suas opiniones, quod plerosque locos citent truncatos, quod omissis clarissimis de fide tantum excerpant ex scripturis locos de operibus eosque depravent, quod ubique affingant humanas quasdam opiniones praeter id, quod verba scripturae dicunt, quod legem ita doceant, ut evangelium de Christo obruant. Tota enim doctrina adversariorum partim est a ratione humana sumpta, partim est doctrina legis, non evangelii. Duos enim modos iustificationis tradunt, quorum alter est sumptus a ratione, alter ex lege, non ex evangelio seu promissione de Christo.

Prior modus iustificationis est apud ipsos, quod docent homines per bona opera mereri gratiam tum de congruo, tum de condigno¹. Hic modus est doctrina rationis, quia ratio non videns immunditiam cordis sentit se ita placere Deum, si bene operetur, et propterea subinde alia opera, alii cultus ab hominibus in magnis periculis excogitati sunt adversus terrores conscientiae. Gentes et Israelitae mactaverunt humanas hostias et alia multa durissima opera susceperunt, ut placarent iram Dei. Postea excogitati sunt monachatus, et hi certaverunt inter se acerbitate observationum contra terrores conscientiae, contra iram Dei. Et hic modus iustificationis, quia est rationalis et totus versatur in externis operibus, intelligi potest et utcumque praestari. Et ad hunc canonistae detorserunt ordinationes ecclesiasticas male intellectas, quae a patribus longe alio consilio factae sunt, nempe non ut per opera illa quaereremus iustitiam, sed ut ordo quidam propter tranquillitatem hominum inter se in ecclesia esset. Ad hunc modum detorserunt et sacramenta maximeque missam, per hanc quaerunt iustitiam, gratiam, salutem ex opere operato.

Alter modus iustificationis traditur a theologis scholasticis, cum docent, quod iustus per quendam habitum a Deo infusum, qui est dilectio, et quod hoc habitu adiutus et foris faciamus legem Dei, et quod illa impletio legis sit digna gratia et vita aeterna². Haec doctrina plane est doctrina legis. Verum est enim, quod lex inquit: Diliges Dominum Deum tuum etc. Diliges proximum tuum. Dilectio igitur est impletio legis.

Deut. 6, 5.
Levit. 19, 18.

¹) f. o. S. 163, Anm. 1 u. S. 189, Anm. 1. ²) Thomas STh. II, 1. q. 114 a. 3. Nach Thomas ist das Verdienst dabei de congruo: secundum excellentiam suae <hominis> virtutis und de condigno: secundum quod procedit ex gratia spiritus sancti. ebenda 3c.

290 Facile est autem iudicium homini christiano de utroque modo, quia uterque modus
(169) excludit Christum, ideo reprehendendi sunt. In priore manifesta est impietas, qui
docet, quod opera nostra sint propitiatio pro peccatis. Posterior modus multa habet
incommoda. Non docet uti Christo, cum renascimur. Non docet iustificationem esse
remissionem peccatorum. Non docet prius remissionem peccatorum contingere, 5
quam diligimus, sed fingit, quod eliciamus actum dilectionis, per quem mereamur
remissionem peccatorum. Nec docet fide in Christum vincere terrores peccati et
mortis. Fingit homines propria impletione legis accedere ad Deum sine propitiatore
Christo; fingit postea ipsam impletionem legis sine propitiatore Christo iustitiam
esse dignam gratia et vita aeterna, cum tamen vix imbecillis et exigua legis impletio 10
contingat etiam sanctis.